Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ti · fili quid fecisti nobis sic
ecce pater tuus et ego dolen
tes querebamus te · respondit
et quid est quod me querebatis ·
nesciebatis quia in his quæ
patris mei sunt oportet me esse ·
Diuine maiestatis indicia
um fuit · de qua alibi dicit ·
Domus quecumque super pa
mea est · atque ideo iustissime
templum non minus ad se quam
ad patrem pertinere testatur ·
Iniustus quippe in templo dicit ·
quia in his quæ patris mei sunt
oportet me esse · quia minis
tri quorum una est maiestas
et gloria · eorum una sedes ac
domus est · Nec solum material
ia domus quæ ad adorandum
ei templum fieri solet · sed
etiam domus intellectualis quæ
ad laudandum ei in cunctis
constituitur · eque patris et filio
rumque etiam spiritus sancti constat
esse communis · Denique idem fi
lius qui de se ac patre dilectorum
suorum pluribus · venient ad eis
et mansionem faciemus apud
eos · dicit de spiritu · Et ego ro
gabo patrem et alium paracli
tum

dabit vobis · ut maneat vobis
cum in eternum · spiritum veritatis quem
apud vos manebit et in vobis
erit · quia uidelicet eiusdem
sue trinitatis eius una atque
indiuisibilis natura diuinita
tis est mansio · in cordibus electo
rum dispar esse non potest · Et
ego quod dominus in templo sedens
dicit · in his quæ patris mei
sunt oportet me esse · declaratio
est consempiterne deo patri po
testatis et gloriæ · Quod autem re
dicens nazareth erat subdito
parentibus · humanæ est uen
tatis indicium · simulque hu
militatis exemplum · In ea
uatque natura subditus erat pa
rentibus · minor est · Nec
enim ipse dicit uadit ad patrem
quia pater maior me est · in
quia etiam minorat eum paulo
minus ab angelis · in illa autem in
qua ipse et pater unum sunt · in
qua non est tempus uadit ad
patrem · sed semper unum est · ora
pipum facta est · et ipse est auctor
omnis · Cui multum est intuen
da magnae dispensatio pie
tatis · qui dum parentes su